

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Comitvm Par Genere, Potentia, Opibvs, Heroicaq. Virtvte  
inclytum B. Godefridus, Vuestphalus, S. Romaricuſ,  
Austrasius**

**Serarius, Nikolaus**

**Mogvntiæ**

Cap. XXIX. Godefridi apud prædurm Dominum pro vinctis supplicatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37252**

do præualuerit, minus libenter ipsi  
Deo me deinceps seruiturum profi-  
teor, qui tantam nominis sui iniuriā  
propulsare noluerit. Nec tamen de-  
sperare queo, in cōflictu isto, Dei fu-  
turam esse victoriam. Inter hæc autē  
irrisoria Principis verba, infelix ille  
grauissima confusione deiectus huc  
illucque vultum declinabat, loquen-  
tis aspectū ferre non sustinens, nec in  
tali conuentu præ conscientię impie-  
tate, vel mutire præsumens.

## C A P. XXIX.

*Godefridi apud prædурum Domi-  
num pro vincis sup-  
plicatio.*

Hoc tamen compertum nobis &  
certum est, quod post conuentū  
illum regressus domum, aliquātum  
cœpit agere mitiūs, missaq; nuntio,  
virū Dei magna cū lenitate depreca-  
tus est, vt dignaretur Arnesberg ad  
sūnū venire colloquium. Hic sperans  
eum.

46 GODEFRIDI COMITIS  
cum de animæ suæ remedio quippl.  
am tractaturum , paucis fideliū suo.  
rum assumptis, in Assumptione Bea.  
tæ MARIAE Virginis confidéter ve.  
nit ad locum. Vbi dum captivos,  
compeditos, & incarceratos plerosq;  
reperisset ( semper enim homo cru.  
delissimus habebat , quos in catenis  
maceratos affligeret ) super his, mo.  
re suo, viscerali flexus clementiā, pri.  
mo omniū pro his rogaturus accel.  
lit. Verum ad omnes supplicationū  
blanditias ille velut pelagi rupes im.  
mota reflebat, non tantæ solemini.  
tatis gratiam, non tanti viri reueren.  
tiā, non deniq; lamentabilem ca.  
ptiuorum miseriā dignatus aduer.  
tere.

### CAP. XXX.

*Dura duri illus Domini mors.*  
**Q**uid autem mirum si eo tempore  
homo saeuissimus nullum pietati  
admisit remedii, qui & ipsa mor.  
tis suæ horâ nullius preces , nullius